



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

sola etiam habet laudem a Deo. Opera sic laudantur, si pro **I**nc^y. 18.
ficiuntur ex fide, si uacas fide, mera peccata sunt, ut illius
Pharisei, Luc^a 18.

PROPOSITIO XXIII.

HOnos mortuorum sanctorum in sola imitatione con-
sistit, ut eorum fidem, sanctam conuersationem, bona
opera, integratatem, pacientiam, uitæ innocentiam referat. **Rom.** 8. **Gal.** 3.
Thess. 2. **Hebræ.** 6. & 13. **1. Petri** 3.

CENSURA.

Sanctorum honor non consistit in sola imitatione ut finis
igit ex scripturis. Impudens est derogare sanctis, impu-
denter scripturis in suum errorem uti, impudetissimum al-
legare scripturas in locis in quibus non sunt.

CONDEN. CENSURÆ.

Et in hac propositione tumultuantur uehementer meus
Sophista, & quia isti sub sanctorum nomine aqualicu-
los suos faciunt, timet plurimū ne amittat prædam. Sed ue-
hit nolit, omnia uictura est ueritas. Hi sunt filij Abrahæ, qui
sequuntur uestigia fidei Abraham. **Rom.** 4. **Cognoscite Roma.** ergo,
quoniam qui ex fide sunt benedicētur cum fidelī Abra-
ham. Item, hi sunt filij Abrahæ, **Gal.** 3. Si filij Abrahæ estis, **Galat.** 3.
opera Abrahā faciatis. **Ioan.** 8. Hanc aut̄ temptationē ideo pers-
misit dominus euenire illi, ut posteris daretur exemplum pa-
cientiae eius, sicut & sancti, **Hiob,** **Thobiæ Hebræ.** 6. (Nam **Hebræ.** 6.
perperam notauit Frater in quinto) Verum, imitatores
eorum, qui fide & pœnitentia hæreditabunt promissiones.

n Et